nien manifestissime sensui propositoque nostræ legis obviare noscatur: Ideoque jubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam removeri: functiones [1] autem, seu civilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem eis impositam dependere [2] compelli, nec huic parti cujuscunque temporis præscriptionem oppositam admitti.

Actioni hypothecariæ ab extraneo possessore triginta annis præscribitur. Bart.

7. Imp. JUSTINUS A. Archelao P. P.

CUm notissimi juris sit, actionem hypothecariam in extraneos [3] quidem suppositæ rei detentatores annorum triginta finiri spatiis [4], si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est, etiam per solam conventionem, aut si ætas impubes excipienda monstretur, in ipsos vero debitores, aut heredes eorum primos vel ulteriores nullis expirare lustrorum cursibus: nostræ provisionis esse perspeximus, hoc quoque emendare, ne possessores ejusmodi prope immortali timore teneantur. §. 1. Quamobrem jubemus hypothecarum [5] persecutionem quæ rerum movetur gratia, vel apud debitores consistentium, vel apud debitorum heredes, non ultra quadraginta annos ex quo competere cœpit, prorogari [6], nisi conventio [7], aut ætas (sicut dictum est) intercesserit: ut diversitas utriusque rerum persecutionis quæ in debitorem, aut heredes ejus, quæque movetur in extraneos, in solo sit annorum numero: verum in aliis omnibus ambæ similes sint: in actione scilicet personali his custodiendis quæ prisca constitutionum sanxit justitia. §. 2. Sed cum illud etiam in forensibus controversiis ventilabatur, an creditor anteriora jura prætendens posset posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem [8] debitoris obtinentem, eique possidentem: necessarium duximus, & hoc dirimere. Et cancto [9], donec communis debitor vivit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum præscriptioni: quia dum ille vivit, merito anterior creditor confidit, utpote apud debitorem ejus possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit, ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse triginta annorum opponere præscriptionem: & secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos [per] quos ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin [10] autem conjungere voluerit suæ possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo vivente debitore vel ipse creditor, vel communis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis jura tractari, & quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam & ipse debitor creditorem repellere poterat, hoc se possedisse ostendat. §. 3. Eodem jure pro temporum computatione observando, & si posteriori creditori anteriori creditori offerre [11] debitum paratus est, & is creditor longævam possessionis præscriptionem ei opponere conatur. §. 4. Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in [12] quibus sub aliqua conditione, vel sub die certa vel incerta, stipulationes, & promissiones, vel pacta ponuntur, post conditionis exitum, vel post institutæ diei certæ, vel incertæ lapsum, præscriptiones triginta, vel quadraginta annorum, quæ personalibus, vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Unde evenit, ut [13] in matrimoniis, in quibus redhibitio debitis [14], vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis, vel repudii differri solet, post conjugii dissolutionem earundem curricula præscriptionum personalibus itidem actionibus, vel hypothecariis opponendarum initium accipiant. §. 5. Immo & illud proculdubio est, quod, si [15] quis eorum, quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine [16] violentia tenuerit [17]: per hanc detentionem interruptio [18] fit præteriti temporis, si minus effluxit triginta, vel quadraginta annis: & multo magis, quam si esset interruptio per conventionem introducta: cum litis [19] contestationem imitetur ea detentio. Sed, & si quis debitorum ad [20] agnoscendum suum debitum secundam [21] cautionem in creditorem expofuerit: tempora memoratarum præscriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quæ scilicet innovata permansit tam in personalibus, quam in hypothecariis actionibus. Namque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui ne [22] sub accusatione creditoris [23] more debitoris fiat, fecundam in eum super eodem debito cautionem expofuit. §. 6. In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos annos [24], vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari manifestum est: nulla scilicet danda licentia vel ei, qui jure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quæsitum esse: cum in eodem statu semper manere datas jure emphyteutico [25] res oporteat: vel conductori, seu procuratori rerum alienarum dicenti ex quocunque temporum curriculo non debere se domino volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eandem reddere. Dat. Kal. Decemb. PHLOXENO, & PROBO CONSS. 525.

Præscriptione longi temporis quæritur præscriptori jus rem vindicandi a quocunque possessore. Salic.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI [26] quis emptionis, vel donationis, vel alterius cujuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem, vel viginti annos possederit, & longi [27] temporis exceptionem [28] contra dominos ejus, vel creditores [29] hypothecam ejus prætendentes sibi adquisierit, post. eaque fortuito [30] casu possessionem ejus rei perdiderit: posse cum etiam actionem ad vindicandam rem eandem habere sancimus: hoc enim & veteres leges (si quis eas recte inspexerit) sanciebant.

§. 1. Quod si quis eam rem desierit possidere, cujus dominus, vel is, qui suppositam eam habebat, exceptione triginta, vel quadraginta annorum expulsus est: prædictum auxilium non indiscrete, sed cum moderata divisione ei præstari censemus: ut si quidem bona [31] fide ab initio eam rem tenuerit, simili possit uti præsidio: sin vero mala [32] fide eam adeptus est, indignus eo videatur: ita tamen, ut novus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit, vel suppositam eam habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est; commodum detentionis sibi acquirat. Sin vero nullum jus in eadem re quocunque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino, vel creditori, qui nomine hypothecæ rem obligatam habuit, & heredibus eorum ab injusto detentatore eam vindicare; non obstante ei, quod prior possessor triginta, vel quadraginta annorum exceptione eum removerat: nisi ipse injustus possessor triginta, vel quadraginta annorum, ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui evincit, ea possessione cecidit, exceptione munitus est.

§. 2. Sed hæc super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nan si quis violenter [33] eam abstulerit, omnimodo licebit priori possessori sine ulla distinctione eam vindicare. §. 3. Sed & si quis non per vim, sed per sententiam judicis eam obtinuerit, ea tantum occasione quod absens [34] prior possessor ad litem vocatus minime [35] responderit: licebit ei, & ad similitudinem cæterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemque suscipiendæ litis danti, eandem rem recipere, superque ea cognitionalia subire certamina. §. 4. Exceptionem [36] etiam triginta, vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usuræ [37] promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persolvit. Dat. 3. Id. Decembr. *Constantinop.* DN. JUSTIN.

Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos XL. *perpetuatur.* Bald.

9. Idem A. Demostheni P. P.

SÆpe quidam suos obnoxios [38] in judicium vocantes, & judicialis certaminibus ventilatis [39], non ad certum finem lites perducebant, sed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam fore fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscunque casus (cum fortes [40] humanæ multæ sint) qui nec dici, nec numerari possunt, deinde jure suo lapsi esse videbantur, eo quod post cognitionem noviffimam [41] triginta annorum spatium effluxerit, & hujusmodi exceptione opposita, suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem sine remedio ante lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in hujusmodi casu opponi minime patimur. Sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta [42], eam tamen in quadragesimum annum extendimus: cum non [43] similis sit, qui penitus ab initio tacuit ei, qui & postulationem depofuit, & in judicium venit, & subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus præpeditus est. Sed licet ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati hujus causæ cursum eum relinquere posse definimus, ut ejus heredibus, vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. Quod tempus (id est, quadraginta annorum spatium) ex eo numerari decernimus, ex quo noviffima processit cognitio, postquam utraque pars cessavit.

ἀσφάλειαν. As similiter in l. 4. §. de advoc. diver. judic. apud patronum fisci fieri alia τῶν γνωσιμαχαίρων. Cuj. 13. observ. 4. Debiti nova cautione interrumpitur præscriptio. 22 Nec debitoris, sed ne sub accusatione more fisci. ita legit Cuj. 18. obs. 22. in fin. 23 Debitoris, Cuj. d. loco. 24 In obligationibus annuis, vel mensfruis, non initium obligationis, sed ceffationis inspicitur. hoc est, in annuis legatis computatur tempus, non ex quo relicta fuerint, sed ex quo instituta fuerit actio: quæ quidem in singulos annos nascitur. Syn. d. c. 7. in fin. 25 Teneus ut emphyteuta vel colonus non præscribit. vide l. 1. §. in quibus causis cessat. l. 1. §. comm. de usuc. 26 Syn. tit. 10. c. 8. 27 Qui rem long. tempore præscripsit, jus habet vindicandi. 28 De exceptione perscriptionis, vide Oldend. c. 43. de exception. 29 l. 1. ff. de Publ. in rem. 30 Si ipsorte sua rem possidere defierit, non amplius exceptionem habuerit. Schol. d. c. 8. 31 Bonam fidem qui ab initio habuit, ius rei detinendæ & vindicandæ longissimo tempore præscribit. Vindicandæ, inquam, adversus omnes, ne quidem excepto domino & creditore. Malæ fidei namque possessor adversus dominum rei non præscribit. Sine ullo res immobiles annis triginta præscribimus & utile dominium rei adquirimus: si tamen bonam fidem habuerimus. Et hæc præscriptio longissimi temporis dicitur. Iam fidem ab initio qui habuit, non tantum jus retinendæ rei habet, ut hic, sed & similiter eandi certis casibus: puta a violento, scil. possessore. §. 2. l. h. t. & in calce §. 3. l. h. t. 33 Ob contumaciam possessoris malæ fidei actor missus est in possessionem rei? intra annum potest male fidei possessor rem recuperare. 34 De exceptione contumaciæ, vid. Oldendorp. c. 29. de exception. 35 l. 1. ff. ex quibus causis major. 36 Syn. l. 2. tit. 6. Sed prædicta Justiniano displicuere. Nam ubique locorum minoribus restituendis quadriennium constituit, dinumerandum ex die ex quo dies 26. illucescere illis incepit: majoribus vero, ex quo abfentes Reipublicæ causa esse desierint. l. ult. §. de temp. in integr. restit. 37 Usura anni interpretatio est, quoties annus fic ampliatur, ut ad decennium usque possit extendi. 38 Id est, mortis. Syn. ibi c. 10. 39 Id est, domus humanæ multæ, l. 15. l. 16. §. 1. ff. de usufructu. 40 Cuncto noviffima, id est, ultima. Nov. 60. c. 2. §. 1. verf. cum vero. 41 Per litis contestationem perpetuatur actio ad quadragesimum usque annum. vide Cujac. c. 1. de præscript. & 18. observ. 39. ad. de l. 1. §. de præscript. longi temporis. Goth: Secus Jure Canonico, can. sæpenumero, 1. caus. 30. quæst. 3. diligenti. 17. cap. fin. extr. de præscript. Anf. 42 Aliud est ab initio tacere & ea frustra facto. Paria non sunt ab initio nullam actionem movere, & ad institutam contendam casu impediri. adde Syn. d. c. 10.

TIT.

TIT. XL.

DE ANNALI [1] EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTUS TOLLENDA, ET DIVERSIS [2] TEMPORIBUS, ET EXCEPTIONIBUS, ET [3] PRÆSCRIPTIONIBUS, ET INTERREUPTIONIBUS EARUM.

Exceptione annali sublata omnes personales actiones triginta annorum spatio tolluntur. Bart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SUper annali [4] exceptione, quæ ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus judiciis exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. † Primum etenim natura ejus observationis cum omni scrupulositate, & difficultate compofita est, cum multa concurrere debeant, ut ea nascatur. Deinde illud spatium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut [5] possit usque ad decennium extendi. Alii judicantes usque ad quinquennium ftandum esse putaverunt. Et in nostris temporibus sæpius super hujusmodi calculo a judicibus variatum est: unde nec facile suum effectum in litigiis ostendere hujusmodi exceptio valuit. Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones vel præscriptiones sufficiant: hujusmodi difficultatibus illigari nostro subjectos imperio minime patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones, & præscriptiones in judiciis suum vigorem ostendant: five quæ super decennio, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis introductæ sunt, five quæ minoribus spatiis concludantur. §. 1. Ad hæc cum nihil prohibet etiam ea, quæ allquam dubitationem acceperunt, clarioribus, & compendiosis sanctionibus renovari: jubemus omnes personales [6] actiones, quas verbosa quorundam interpretatio extendere extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi: nisi legitimus modus, qui & veteribus, & nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit, sola [7] hypothecaria [actione] quadraginta annorum utente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ ercifcundæ, neque communi dividundo, neque finium regundorum, neque pro socio, neque [8] furti, neque vi bonorum raptorum, neque [9] alterius cujuscunque personalis actionis vitam [10] longiorem esse triginta annis interpretari: sed ex quo ab initio competit, & semel nata est, & non iteratis fabulis sæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, post memoratum tempus finiri: exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quæ in judicium deductæ sunt, & cognitionalia acceperunt certamina, & postea silentio traditæ sunt: in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex quo noviffimum litigatores tacuerunt, lex nostra antea promulgavit.

§. 2. Ne autem imperfecta sanctio videatur, cum in maternis [11] quidem rebus filiifamilias tempora exceptionum currere dispositum erat, ex quo facris [12] paternis absoluti sunt, in aliis autem, quæ minime acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum: apertissima definitione sancimus, filiisfamilias [13] in omnibus his casibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi [14] ex quo actionem movere potuerunt, id est, postquam manu paterna, vel ejus, in cujus potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minime adimplere lege obviante [15] valebant. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si possessor præscribens convenire non potest propter absentiam, potentiam, insultiam, vel furorem, potest fieri interruptio præscriptionis per denunciationem factam præsidi, vel episcopo, vel defensori loci. Bald.

2. Idem A. Joanni P. P.

UT perfectius omnibus consulamus, & nemini absentia, [16], vel potentia, vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides [17], & vigilantes differentia: sancimus, si [18] quando abfuerit is, qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & desiderat dominus rei, vel creditor suam intentionem proponere, & non ei licentia sit absente suo adversario, qui rem detinet, vel infantia [19], vel furore laborante, & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in magna potestate constituto, sua auctoritate [eas res usurpare]: licentia ei detur adire Præsidem [provinciæ], vel libellum ei porrigere & hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora, & interruptionem temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo Præsidem adire, saltem ad locorum Episcopum eat, vel Defensorem civitatis, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Sin autem abfuerit, vel Præses, vel Episcopus, [vel Defensor civitatis]: liceat ei proponere [20] publice, ubi domicilium habet possessor, seu cum Tabulariorum subscriptione; vel si civitas Tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione: & hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, sive triennii, sive longi temporis, sive triginta, vel quadraginta annorum sit. Omnibus aliis, quæ de longi temporis præscriptione, vel triginta, vel quadraginta annorum curriculis constituta sunt, sive ab antiquis legum conditoribus, sive a nostra [21] majestate, in suo robore duraturis.

Generalis petitio re, quantitate, vel causa, citatione secuta sufficit ad interrumpendam præscriptionem in omnibus, quæ sub illa petitione possunt includi. Salic.

3. Idem A. Joanni P. P.

SI [22] ex multis causis quidam obnoxium habens, & maxime ex similibus quantitatibus, in unius quidem causæ summa libellum conventionis compofuerit, causam tamen non expresserit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in judicium deduxisse, an vetustissimam earum, aut omnino nihil feciffe, cum ejus sensus incertus esse apparebat? Sed & in judiciis in multis casibus tales altercationes ventilatas invenimus, & maxime propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis forte fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem evanescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat, *obnoxium sibi aliquem constitutum* [23], aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones hujusmodi narratione contineri credantur: an vero quasi silentio circa eas habito tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei adquisito. Sancimus itaque [24] nullam in judiciis in posterum locum habere talem confusionem: fed qui [25] *obnoxium suum* in judicium clamaverit [26], & libellum conventionis ei transmiserit, licet [27] generaliter nullius causæ mentionem habentem, vel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones, vel hypothecarias continentem, nihilominus videri jus suum omne eum in judicium deduxisse, & esse interrupta temporum curricula: cum contra [28] defides homines, & sui juris contemptores odiosæ [29] exceptiones oppositæ sunt. Dat. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLI.

DE ALLUVIONIBUS [30], ET PALUDIBUS, ET PASCUIS [31] AD ALIUM STATUM TRANSLATIS.

Flumen alio avertere est prohibitum: ripam autem præmunire est permissum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Marco.

QUamvis fluminis naturalem cursum opere manufacto alio non liceat avertere [32], tamen ripam [33] suam adversus rapidi amnis impetum munire prohibitum non est. Et cum fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit: ager, quem circumit [34], prioris domini manet. Quod si paulatim [35] ita auferat, ut alteri parti applicet: id alluvionis jure ei quæritur, cujus fundo accrescit.

2. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæsario P. P.

HI, quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores [36], pro terris, quas possident, tributorum præstationem agnoscant. Et qui suum deplorant patrimonium deminutum [37], alieno saltem functionis onere liberentur, & nostræ serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant devotioni.

Latentia incrementa ad fiscum non pertinent, nec separatim pro his census exigitur. Bald.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. P.

EA [38], quæ per alluvionem [39], [sive in Ægypto per Nilum, sive in aliis provinciis per diversa flumina] possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque a quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones [40] exigi, hac perpetuo valitura lege sancimus: ne vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam possessoribus videamur inducere. † Similiter [41] nec ea quidem, quæ paludibus antea, vel

1 Actiones personales in Italia, præscriptione anni utilis submovebantur. Hæc præscriptio a Justiniano tollitur: uti paulo post plenius dicetur: adde *Synopsi. Basil.* 59. tit. 15. c. 1. 2 Dixi ad L. 34. D. 3. 3 *Vel, ut l. 1. verf. cum itaque. l. h. t.* Cujac. *hic*, 4 Annus tripliex nobis observandus, utilis, continuus, (qui & Constantinianus,) Justinianeus. Utilis utilibus: & continuus continuis dicibus conflit: Justinianeus certis annis finitus est, utilis dies dicebantur quibus quis experiri atque agere potuit, talibus diebus (utilibus scil.) annus utilis constabat. *l. 1. ff. de diversis temporalibus præscript. l. 11. §. 5. ff. de l. 6. §. ad l. Jul. de adult.* lic cretionem dies fen cernendæ & adeundæ hereditatis iis diebus constabat quibus quis fcit, potestque cernere. Cicer. *de erat.* Ulp. *in Fragm.* Qua in denumeratione anquisitio varia & anxietas summa occurrebat. Primum enim dies quibus Prætor, Judexque fedisset, fuique coptum fcciffet aturis, diffinguendi erant a cæteris, ut & feriati a fabis, nefastis & intercisis. ut hoc conflaret, quærebatur amplius an actor, reusve potestatem eo tempore non habuisset juris sui perfequendi five id per Prætorem non licuiffet, five per occupationes propriias, morbi, justæ ablentiæ & fimiles. Nec enim sufficiebat prætorem fedisse illis diebus, hoc est, dies sessionum fuisse (dies sessionum erant, quibus Præior pro tribunali sedebat. *l. 2. §. dies. l. D. quis ordo in bonor. possess.*) fed & præterea requirebatur actorem illis ipfis sessionum diebus agere potuisse, generis hujus causam fuisse, ut decretum & causæ cognitionem requiruret: ut ea ratione dies utiles sessionum non continuo adnumerarentur. Nam ex contrario adnumerabantur. si causa levis ac de plano inftitui poterat. *l. miles. 11. §. 6. D. ad legem Juliam de adult.* unde plerumque fiebat, ut annus ille utilis decennium fieret. *verf. deinde. l. h. t.* Hæc cum abundia eslent, Conflantinus in reflitutionibus petendis & amittendis pro unico anno plures: pro utili continuus annus fubflituit: varior tamen pro locorum & regionum varietate. Nam ubi 26. anni dies illuxiffet, in integrum reflitutionibus petendis, quinque annos Roma: quatuor in Italia: tres in provinciis præscripfit. *l. 2. Cod. Theodos. de in integr. reflit. l. 2. tit. 6.* Sed prædicta Justiniano displicuere. Nam ubique locorum minoribus reflituendis quadriennium conflituit, dinumerandum ex die ex quo dies 26. illucescere illis incepit: majoribus vero, ex quo abfentes Reipublicæ causa esse defierint. *l. ult. §. de temp. in integr. reft.* 5 Effufa anni interpretatio eft, quoties annus fic ampliatur, ut ad decennium usque possit extendi. 6 Præscribuntur omnes actiones personales (excepta hypothecaria) triginta annorum fpatio. Quid fi lis contestata eft? aliud, *hic, excepto.* J. Goth. Explicationem hujus §. vid. apud Zanger. *de except. part. 3. cap. 10. num. 23. Anf.* 7 Hypothecaria quadraginta annis durat contra debitorem, vel ejus heredem. v. Cuj. 2. *obs.* 18. 8 Præscribi res furtiva a fure & vi capta a præsente triginta annorum spatio potest, *ut hic.* adde quæ fcripsi ad *l. ult. J. unde vi.* 9 *l. 3. §. de præscr.* 30. *vel* 40. *an-*

nor. v. l. 5. J. quib. non objicitur. 10 Actionis vitia. *l. 3. J. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* 11 *l. 1. in fin. §. de bon. matern.* 12 Sacra paterna quid, dixi in *l.* 10. §. 1. *J. de adopt.* 13 Filiofamilias non valenti agere, non imputatur præscriptio. *Bald.* 14 *l. 3. J. de præscr.* 30. *vel. l. 4. §. de bon. quæ liber.* vid. Wurmb. 1. *practi. 6. obf.* 17. adde Pap. 3. *not.* 9. 15 Lege impedente agi non potest. 16 Vid. *l. 1. ff. si mulier ventr. nomine. l. 1. l. 21. D. ex quibus caus. major.* 17 Defides a vigilantibus diffinguendi: hi pœnas illorum pati non debent. *l. 3. in fin. J. h. t.* vid. *l. 24. in fin. ff. quæ in fraud. credit.* vid. *l. ult. J. depofit.* 18 Vid. *l. 31. §. de epifc. aud.* 19 *l. 2. in fin. ff. ex quibus causis major. l. 4. l. 22. ff. de in jus vocando.* 20 *l. 4. §. ff. de admin.* dixi ad *Nov. 112. c. 3.* Cujac. 7. *obf.* 15. 21 Libellus principi datus litis contestationem in aliis caufis, quam annalibus facit. 22 Si quis multas actiones habens, de aliquibus libellum obtulerit, omnes perpetuas reddit. Quin qui perfonales & de proprietate & hypothecarias actiones habet; & libellum offert, quo continentur, cum perfonales actiones inftituere, vel de proprietate, vel hypothecarias, non tamen ei nocebit aliarum omiffio, *ut hic. Synopf. Basil. 50. tit. 15. cap. 1.* 23 Nulla qualitate adjecta. 24 Hoc eft una a 45. ex 50. novis decifionibus Juflinian, ut videre eft apud Inglois *deciſ.* 45. & agit de præscriptione mere odiofa. *ibid. n. 2. Anf.* 25 Regulam observa. 26 Proclamaverit, id eft, vocaverit. 27 Petitio fener. lis citatione fecuta ad interrumpendam præscriptionem in omnibus quæ fub illa petitione poffunt includi fuiffent. 28 Præscriptiones inventæ adversus defides & sui juris contemptores. *l. 2. in pr. fupr. h. t.* adde *l. ult. J. depofiti.* 29 Odiofæ funt præscriptiones.

30 *Eclog. 12. §. 20. Inflit. de rer. divif. l. 7. §. 1. l. 30. §. 2. 3. ff. de adq. rer. dom.* adde Nov. *Theod. de adluvionib.* 31 Adde *l. 30. in fin. ff. de verb. fign. l. 11. tit. 60. 61.* 32 Naturales curfus fluminis avertere non licet. vid. *ff. de fluminibus.* 33 Ripam fuam adverfus impetum fluminis munire permiffum. 34 Et in falum facit, *l. 7. §. 4. l. 30. §. 2. ff. de adq. rer.* 35 *l. 7. §. 1. ff. de adq. rer.* 36 Allvione cui emolumentum accidit, eidem onus tributi adcrefcit. 37 Deluvione cui quid diminuitur, eidem tributi onus decrefcit. *l. 4. §. 1. ff. de cenſibus.* 38 Hæc lex extat apud Aggenum Urbicum, *lib. de limit. agror.* citatuque ex C. Theod. integra. 39 Alluvionis incrementum per fe non eft cenfendum, fed unum corpus cum eo cui cohæret, judicandum. 40 Alluvione qui quocunque loco, terram quæfiverunt, ejus domini fiunt, nec ipfius nomine functiones fifco præftant, *ut hic. Synopf. Basil. 50. tit. 12. c. 20.* 41 Paludibus obruta loca, vel pafcuis auferipta, poffeffiorum fumptibus terfiffima facta a functionibus immunitatem habent: pœna quinquaginta librarum auri in teneratorem hujus legis conflituta. *Syn. d. cap. 5.*

pascuis videbantur adscripta, si sumptibus possessorum nunc ad frugum fertilitatem [1] translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus: ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam [judicantes] intelligant. Cujus legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coerceri decernimus: Inter quos habendum est Officium quoque tuæ sedis excelsæ, si aliquid hujusmodi casus suggesserit disponendum, vel si preces introduxerit petitoris. Dat. 11. Kal. Octobr. *Constantinop.* VALENT. A. V. & ANATOL. V. C. CONSS. 440.

TIT. XLII.

DE SENTENTIIS PRÆFECTORUM [2] PRÆTORIO.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Thalassio P. P. Illyrici.

Litigantibus in amplissimo Prætorianæ præfecturæ judicio, si contra jus se læsos affirment, [non [3] provocandi, sed] supplicandi [4] licentiam ministramus: licet pro curia, vel qualibet publica utilitate, [seu alia causa] dicatur prolata sententia: nec enim publice prodest singulis legum admincula denegari: ita videlicet, ut intra biennium tantum nostro numini contra cognitionales sedis Prætorianæ præfecturæ sententias post successionem [5] judicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. Dat. 3. August. *Constantinop.* THEODOS. A. XVII. & FESTO V. C. CONSS. 439.

TIT. XLIII.

QUOMODO [6] ET QUANDO JUDEX SENTENTIAM PROFERRE DEBEAT PRÆSENTIBUS [7] PARTIBUS, VEL UNA PARTE ABSENTE.

An judex possit, vel cogatur absentem damnare.

1. Imp. M. ÆLIUS ANTONINUS A. Publicio.

NOn semper compelleris, ut adversus absentem pronuncies, propter subscriptionem Patris mei, qua significavit, etiam contra absentes sententiam dari solere. Id enim eo pertinet, ut etiam absentem damnare possis, non ut omnimodo necesse [8] habeas [9].

De causa peremptorii edicti cessante.

2. Imp. GORDIANUS A. Severo.

CEssante quoque causa peremptorii [10] edicti [11], adversus eos, qui admoniti [12] judicio adesse noluerunt, sententiam a judice posse proferri certum est. 4. Kalend. April. A. & FONT. CONSS. [13] 239.

An sententia contra absentem lata firmitatem habeat.

3. Idem A. Antistio.

AB [14] eo judicato recedi non potest, quod vobis absentibus & ignorantibus [15] atque indefensis [16] dicitis esse prolatum: si ubi primum cognovistis, non illico de statutis querelam detulistis. Ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non sit commodatus adsensus. PP. 4. Id. Jun. GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Die feriato & absente parte lata sententia non valet.

4. Imp. PHILIPPUS A. Domitiano.

SI (ut proponis) pars diversa die feriato [17], absente, vel [18] ignorante te, a Judice dato, ferri sententiam pro partibus suis quasi [19] contumaciter deesses, impetravit: non immerito Præses denuo negotium alterius [20] Judicis notioni terminandum commisit. PP. 5. Id. Octobr. PEREGRINO & ÆLIANO [21] CONSS. 245.

De loco.

5. Idem A. & PHILIPPUS C. Longino.

SI (ut proponis) Præses provinciæ, cum certum locum [22] causæ cognoscendæ dedisset, alibi per obreptionem aditus sententiam adversus te absentem protulit: quod ita gestum est, ad effectum juris spectare minime oportet.

De minoribus, curatore carentibus.

6. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Domitio.

SI Præses quasi desertam [23] ab adultis tuis causam appellationis [24], quæ ab adjutore [25] suo facta fuerat, circumduxit [26], eo tempore, quo adulti curatores non habebant: repetitus notionem suam exhibebit [27]. Neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quo defensione [28] justa, & curatoris auxilio fuerant destituti.

De his qui denunciationibus conventi non sunt.

7. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Marino.

EA, quæ statuuntur adversus absentes [29] non per contumaciam, scilicet denunciationibus [30] nequaquam ex more [31] conventos, judicatæ rei firmitatem non obtinere certum est. PP. 3. Kal. Apr. iplis v & IV. AA. CONSS. 293.

Quæ observanda sunt parte absente.

8. Idem AA. Claudiæ.

COnsentaneum [32] juri fuit, temporibus ad præsentiam partis adversæ præscriptis, Præsidem provinciæ impleta juris solennitate [33], & adversario tuo ternis [34] literis, vel uno [35] pro omnibus peremptorio edicto, Ut *præsentiam sui faceret*, commonefacto, si in eadem contumacia perseveraverit, præsentis allegationes audire: quod vel successor ejus facere curabit. A quo ter [36] citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, ut sese repræsentet [37], vel possessionem [38] bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & adversarium petitorem constituere: vel auditis defensionibus tuis, id, quod juris ratio exegerit, judicare. PP. 3. Kalend. Octobr.

IN AUTHENT. de litigiosis. §. omnem. col. 8. tit. 13. al. 8. Novell. 112. cap. 3.

QUi *semel actionem* [39] *proponit, sive conventione judiciaria, sive precibus Principi oblatis, judicisque insinuatis, & per eum adversario cognitis: necesse habet usque ad finem litem exercere. Qui si cautum perfequi differat, reo postulante, tribus edictis citetur per intervalla triginta dierum, quia vox præconia* [40] *paucis innotescit. Quæ citatio & per Principem delegatis permittitur: Quod locum habet, & si lis cœpta non sit. Quod si vocatus litem detrectet: ei aliud anni spatium indulgetur, intra quod si cessat, Judex auditis allegationibus præsentis, & perquisita veritate, pronunciet. Sed nec intra annum veniens auditur, nisi prius reo litis expensas, quas sustinuerit, inferat. His quoque præstitis, si interrupto duntaxat anno denuo litem deserit, post trium edictorum, & anni unius spatii observationem ab omni cadat actione.*

De tribus denuntiationibus.

9. Iidem AA. Leontio.

TRes denunciationes [41] ad peremptorii edicti vicem [42] adversus contumaces convalescere, falubriter statutum est. PP. 11. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De causa absentiæ necessaria.

10. Iidem AA. Blesio.

CUm non [43] voluntatis tuæ arbitrio, sed necessitate [44] profectus fis, quicquid contra te absentem statutum fuerit, quando absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi juris ratio non permittit. PP. 3. Idib. Maji, TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De eo, qui non appellavit.

11. Iidem AA. & CC. Valerio.

CUm præsentibus [45] partibus litem inchoatam proponas: si postea quam contra te (licet absentem) pronunciatum est, intra præscriptum diem non appellasti: latam [46] sententiam rescindi [47] postulanti multæ factæ constitutiones refragantur.

1 Qui agrum aliquem palustrem & inutilem exsiccavit, exaravit & excoluit, tributis statim non est onerandus, *ut hic.*

2 Si præsidis prætorio non appellatur. *l.* 19. *l.* 30. *l.* 35. *ff. de appellat. l. unic. §. 1. ff. de offic. præfect. prator. l.* 8. *§. de episcop. aud. Synopf. Basil. 9. tit. 1. cap.* 53. ut nec a principe, vel fenatu. *l. 1. §. 1. §. 2. ff. a quibus appellar.* 3 A præsidio prætorio principi fupplicari licet, *l. 4. §. de precibus imper. offerend.* Ea fupplicatio ἀναλογία dicitur, id eft, retractatio. *Ifisi ad Novell. 82. cap. 12. in fin. Nov. 123. c. 1. ἐκδικητικὸν, Novell. 119. c. 5.* & retractatio dicta eft. *l. pen. in fin. fupr. de jure fiftrument. l. ult. §. 5. ff. de temporibus appellat.* Quoties autem de fententia P. Prætorio principi fupplicatur, ipfa fententia ad principem una cum precibus mittenda: licet ea pro republica lata fit, & quidem intra fententiæ latæ biennium, *ut hic. Synopf. Basil. cap.* 53. 4 Supplicatio, quæ fit Principi, genus eft remedii adverfus fententiam, *ut hoc*, ut hæc ad fuperiorem judicem appellatio. *§. de appellat.* apud alium remiffio: accufatio feu querela falfi, *l. 3. fi ex falfis inftrumentis.* erroris propofitio: ut & nullitatis feu invaliditatis, *l. fi fe non detulit*, 4. *§. condemnation. 6. ff. de re judicata.* Reftitutio in integrum, qualis minoribus ob ætatem, majoribus etiam, ob abfentiam juftam conceditur. *l. cum & nonnores.* 4. *§. ff. adverf. rem judicatam. l. ult.* qua *reipublicæ.* 39. *D. ex quibus cauffis majores.* Porro fupplicatio de qua *hic, & l. fi quid adverfus.* 5. *fupr. de precibus imperatori offerendis*, differt ab appellatione: quia appellatio inquitatem judicis arguit: fupplicatione vero errorem quifque proprium fatetur. *l. præfecti.* 17. *l. minor.* 18. *ff. de nuptiis, Novell. in medio litis non furi facras formas.* 113. *c.* 1. 5 Intra biennium poftquam præfectus prætorio depofuit præturam, & ejus dignitati fucceffit alter, fupplicari ab ejus fententia poteft obiato libello principi. Hodie ipfimet præfecto prætorio intra decem dies latæ fententiæ fupplicari poteft. *Novell.* 119. *c.* 5. ubi vid. Cujac. & *Nov.* 82. *in fin.*

6 *l.* 47. *ff. de re judic.* 7 Sumptum hoc eft ex legibus 12. Tabularum, de quibus dixi ad eafdem, *l.* 2. *tit.* 7. *§.* 10. adde 7. *Gell.* 2. 8 Vid. *l.* 13. *fupr. de judiciis.* 9 Et ita pro abfente judicari poteft. 10 De peremptorio, vid. *l.* 68. *l.* 69. *l.* 70. *ff. de judic.* 11 Sententia ut valeat, citatio peremptoria requiritur, *ut hic*: Cujus fententiæ viginti feptem exceptiones, vid. apud Socinum *reg.* 322. 12 A Judice, unde colligunt. Simplicem judicis juffum vim peremptorii confequi, & in vera confumacia reum conftituere. Mihi tamen videtur id Imperator innuere, Ceffante interdum quarto edicto feu peremptorio abfentes condemnari. dixi ad *l.* 13. *§.* 2. *fupr. de judiciis*: vel, Non femper requiri, ut peremptorium palam proponatur: fufficere, fi in notitiam rei venerit, cum & literæ & denunciationes fufficiant, *ut hic, & l.* 9. *l. fi. l. i. C. Theod. de petit. & defift.* Denique fatis effe quoquo modo reus conventus fuerit. *l.* 47. *in fin. ff. de re judic.* 13 *Dat.* 3. *Id. Aug. Conftant. Theod.* 17. *& Feftо* V. *Cof.* Qui ita cenfent fubfcriptionem reftituunt, ne ἀναγνωρίσει laborent. Hujus enim tituli feries hujusque legis inferiptio id non patitur. 14 Si adverfus abfentem prolata fententia fuerit, is vero, cum primum cognovit, non appellaverit, non poteft amplius abfentiæ prætextu refcindi, *ut hic, Synopfis Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. c.* 55. & 1. Harm. *a.* 8. 52. 15 Contemnæ alias non eft qui fe vocatum in jus effe neficivit. 16 Non poteft fententiam impugnare, qui legitimo tempore non appellavit: quia videtur ei adquiefcifle. dixi ad *l.* 5. *§. de liberali.* 17 Die feriato fententia non proferrur: prolata, vitiatur. *l. 1. ff. de feriis.* vid. Oldend. *c.* 23. *de fent.* Goth. Vid. in hanc leg. Belion. *fupputat. lib.* 3. *c.* 18. Add. 18 Vid. Cuj. 18. *obf.* 30. 19 Sententia lata contra contumacem, qui non citatus, fed tumultuarie, ipfo jure nulla eft. 20 Per fententiam nullam delati judicis, extinguitur ejus jurisdictio, *ut hic, & l. ult. §. de fent. quæ fine certa quantit.* Quid ordinari? non extinguitur. vid. Wurmf. *l. præfi.* 22. *obf.* 3. 21 Æmilino. 22 Si alibi loco quam quo debeat, judex judicet, fententia nulla eft. *l.* 21. *§.* 10. *ff. de recept. qui arbitr. l.* 6. *J. de fent. & interlocut.* dic idem de loco non tuto. v. Oldend. *c.* 24. *de fententia.* 23 Res ita habet: Minor condemnatur. Curator & curatoris adjutor appellant, poftea moriuntur: cum nemo appellationem profequeretur, quafi defertam appellationis caufam præfes circumduxit. Quid juris? Sine reftitutione eremodicii, vel appellationis, ipfo jure tutus eft minor viginti quinque annis indefenfus, *ut hic. l.* 35. *in fin. ff. de re judicata.* 24 A fententia deferre appellationis appellari poteft. vid. Wurmf. *l. præfi.* 22. *obf.* 17. 20. 21. 22. *ubi de defertæ appellatione.* 25 De quo vid. *l.* 13. *§.* 1. *ff. de tutelis. adde* Alciat. *c. parerg.* 18. 26 Circumducere quafam appellationis, Galli dicunt, *merite fi appellation & ce dont a efté appellé au neant.* ita quoque dicitur circumducti cognitio in *l.* 27. *§.* 1. *in fin. ff. de liberali: & in l.* 73. *§.* 1. *ff. de judiciis.* Circumducere reliquum, Galli dicunt, *Rabattre un defaut*, & in *l.* 45. *ff. de re judic.* acta circumducere quidam putant videtur. 27 Atqui judex fententiam nam mutare non poteft? vid. Dynum ad *c.* 21. *de reg. in* 6. v. *l.* 75. *ff. de reg. jur.* 28. *d. l.* 45. *d. l.* 75. 29 Paul. 3. *fent. §.* 5. v. *l.* 47. *ff. de re jud. l.* 6. *§.* 3. *ff. de confeffis.* vid. quæ notavi *dicta l.* 1. *§. femin. ff. jud. de re jud.* 8 Sententiam per alium recitare judici non licet, nifi fit illuftris, *ut hic.* 31 Vid. *l.* 8. *J. h. t.* 32 Vid. quinetiam exceptiones apud Fellinum in *cap. licet* 9. *extra. de probat.* Goth. Vid. in hanc leg. Gudelin. *de fequeftr. cap.* 1. *num.* 110. Anf. 33 *l.* 7. *fupr. h. t.* 34 Trinis literis Paul. 3. *fent.* 5. *§.* 6. tribus edictis, *l.* 3. *§.* 1. *D. de re judic.* per tres vices, *l.* 13. *§.* 2. *fupr. de judiciis.* edictis legitimis, *l.* 2. *in fin. fupr. ubi in rem actio.* 35 *d. §.* 6. *d. l.* 13. *D. de judiciis.* 10 Aut præconem. 11 Sententia definitiva fcripturam requirit, *ut hic*, interlocutio non requirit, quia & definitivæ fententiæ certis cafibus non requiruntur. *Anth. præc. J. h. t. & fupr. de procurator. l.* 13. *§.* 3. *fupr. de judiciis. l.* 2. *ff. de aut. tut.* Goth. Hæc leg. canfata eft. *cap. 8. conf. 2. fmaf.* 1. Anf. 12 Vid. *l.* 2. *fupr. h. t.* ibi, *ex libello.* 13 Sententiam dici non fufficit, nifi fcripta prius legatur, *ut hic. Synopf. Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. cap.* 64. 1. Harmenop. 4. *§.* 21. 14 *l. ult. J. fententi. refcind. non poffe.* 15 *L.* 42. *D.* 1. Sententia quid eft? Decretum a judice interpofitum fervato judicio-

TIT. XLIV.

DE SENTENTIIS [1] EX PERICULO [2] RECITANDIS [3].

Non fufficit fententiam latam effe in fcriptis, fi non fuit recitata. Paul. de Caft.

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Quinto.

ARbitri nulla fententia eft, quam fcriptam edidit litigatoribus, fi [4] non ipfe recitavit. Si igitur nihil fallis, omiffa provocationis mora; ex integro judicari impetrabis a Rectore provinciæ.

Sententia primo fcripta, & poftea recitata non poteft corrigi, vel mutari. Bald.

2. Imppp. VALENS, VALENT. & GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

HAc lege perpetuo credimus ordinandum, ut Judices, quos cognofcendi, & pronunciandi neceffitas tenet, non [5] fubitas, fed deliberatione habita poft negotium fententias ponderatas fibi ante forment, & emendatas ftatim in libellum fecuta fidelitate conferant, fcriptasque ex libello [6] partibus legant. Sed nec fit eis poftbac copia corrigendi, vel mutandi [7]: Exceptis [8] tam viris eminentiffimis Præfectis prætorio [9], quam aliis illuftrem adminiftrationem gerentibus, cæterisque illuftribus Judicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium [10] fuum, & eos, qui miniferium fuum eis accommodant, fententias definitivas recitare. Dat. 12. Kalend. Februar. GRAT. A. II. & PROBO CONSS. 371.

Non fufficit fententiam fcribi, nifi legatur, & verbis proferatur. Bald.

3. Idem AAA. ad Probum P. P.

STatutis generalibus juffimus, ut univerfi Judices, quibus reddendi juris in provinciis permiffimus facultatem, cognitis caufis ultimas [11] definitiones de fcripti [12] recitatione [13] proferant. Huic adjicimus fanctioni, ut fententia, quæ dicta fuerit, cum fcripta non effet, nec nomen quidem *fententiæ* habere mereatur: nec [14] ad refciffionem perperam decretorum, appellationis folennitas requiratur. Dat. 3. Non. Decembr. *Tributo*, GRAT. A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

IN AUTHENT. de mand. princ. §. fit tibi. col. 7. tit. 4. Novell. 17. cap. 3. & col. 6. tit. 12. al. 11. ut clerici apud. §. 1. Novell. 83. in princ.

NIfi *breves fint lites, & maxime vilium perfonarum, vel cauforum (tunc enim fine fcriptis & fine aliqua expenfa cognofcere Præfidem oportet) & nifi Epifcopus cognofcat inter fuos fubditos.*

TIT. XLV.

DE SENTENTIIS [15] ET INTERLOCUTIONIBUS [16] OMNIUM JUDICUM.

De eo, qui per procuratorem litigavit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Quintiliano.

NOn videtur nobis rationem [17] habere fententia decefforis tui: qui cum cognoviffet inter petitorem, & procuratorem, non [18] procuratorem, fed ipfum dominam litis condemnavit [19], cujus perfona in judicio non fuit. Potes igitur, ut re integra, de caufa cognofcere. Dat. 4. Kal. Jun. ANTON. A. III. & GETA C. CONSS. 209.

De ftatu arbitri.

2. Imp. ANTONINUS A. Sextilio.

SI arbiter datus a Magiftratibus, cum fententiam dixit, in libertate morabatur, quamvis [20] poftea in fervitutem depulfus fit, fententia tamen ab eo dicta habet rei judicatæ auctoritatem [21].

De fententia definitiva.

3. Imp. ALEXANDER A. Vectio.

PRæfes provinciæ non ignorat definitivam fententiam, quæ condemnationem [22], vel abfolutionem non continet, pro juffa non haberi. PP. Kal. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS.

De ordine judiciorum fervando.

4. Idem A. Severo.

PRolatam a Præfide fententiam contra [23] folitum judiciorum ordinem [24], auctoritatem rei judicatæ non obtinere certum eft. PP. 15. Kalend. Januar. ALEX. A. & DIONE CONSS. 230.

De fententia lata fub modo.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPP. C. Montano.

CUm eorum, qui principaliter fifco tenebantur, bona ea lege fidejuffo ribus Procurator tradi jufferit, ut [25] ipfi indemnitatem [26] fifco præftarent, nec a fententia ejus interceffurit provocatio: confequens eft datæ formæ obtemperari.

De loco & de officii præfentia adhibenda.

6. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Zoilo.

CUm fententiam Præfidis irritam effe dicis, quod non publice [27], fed [28] in fecreto [29] loco officio ejus non præfente, fententiam fuam dixit, nullum tibi ex his quæ ab eo decreta funt, præjudicium generandum effe conftat. PP. 5. Kalend. Decembr. CARO & CARINO CONSS. 283.

Si Præfes pacifci fuaferit.

7. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Iidoræ.

EX ftipulatione parta actione, pacifci proximis perfonis fuadendo [30] Præfes provinciæ, verborum obligationem, quam certo jure tolli tantum licet, extinguere non poteft: nec vox [31] omnis Judicis judicati continet auctoritatem: cum poteftatem fententiæ certis [32] finibus concludi, fæpe conftitutum fit. Quapropter fi [33] nihil caufa cognita fecundum juris rationem tuam pronunciatum eft: vox pacifci fuadentis Præfidis actionem perimere, fi quam habuifti, minime potuit.

Si empta evincatur in libertatem.

8. Iidem AA. & CC. Licinio.

LIbera quidem Theodora, quam ex emptionis caufa, vel in folutum creditori traditam proponis, pronunciata [34]: citra provocationis auxilium fententia refcindi non poteft. Verum [35] fi mota quæftione, præmiffa denunciatione ei, qui auctor [36] hujusmodi mulieris fuit, judicatum proceffit: quanti tua intereft, empti, fi emifti: vel ob debitum reddendum, fi in folutum data eft, repetere non prohiberis.

De retractatione.

9. Idem AA. & CC. Domno.

POft fententiam, quæ finibus [37] certis concluditur, ab eo, qui pronunciaverat, vel ejus fucceffore, de quæftione, quæ jam [38] decifa eft, ftatuta rei judicatæ non obtinens auctoritatem: Nam nec de [39] poffeffione pronunciata, proprietati ullum præjudicium affecrunt, nec cauſam ullam interlocutiones [40] plerumque [41] perimunt.

1 Judicum fcil. An idem in arbitris, ut ab eis dictæ fententiæ homologationem de fcripto fieri oporteat, ne aliquin condemnatus arbitri fententiæ ftare non teneatur? ita dici poffe videtur. *l.* 1. *J. h. t. l.* 4. *§.* 6. 7. *de arbitr.* compromiffum enim ad fimilitudinem judiciorum redigitur. *l.* 1. *ff. de recept. qui arbitr.* 2. *l.* 4. *C. Theod. de brevicula.* Haloand. quæ lectio a Bodeo & Alciato probatur. 1. *difputt.* 2. Brevicilum, Sext. Ruff. Iiid. 1. *l. ult. infr. de convven. fifci debitoribus. lib.* 10. tit. 2. diminutivum a brevi. Plautus in *Mercatore*, *Canon, τακτικὸν, ventriofum, fuccolentum, breviculum.* Eft quafi foedula, Galli, *Drifton ou brevet.* Quidam vulgarem lectionem defendunt, hoc fenfu, quemadmodum Judex fine periculo fententiam proferre poffit, & in exemplum proferunt Prætorem edicto quem Genuenfem, qui cataphractus equo infidens fententiam olim tulerit, dum iram viri damnatique formidaret: fed ea opinione nihil ineptius. Cujac. *c. obf.* 21. *in fin.* periculum exiftimat effe indicem five libellum. Nam quod in Apophthegmatis, Plutarchus appellat ἔκθεσιν, Æmilius Probus in Epaminonda & Alcibiade *periculum* vocat Cicer. 1. *de legib.* Qui in libo periculo non ita ex fententiarum veritatem exigiunt: & *in frumentaria*, Periculo magiftratuum, & *in antiquiff. lib. notarum*, quem idem Cujacius habet, Hæc ita fcripta funt, *DP. de periculo, DL. de libello*, adde *l.* 15. *J. de jurisdict. omn. judic.* 3 Vid. Cuj. 18. *obf.* 30. 4 Sententia lata contra contumacem, qui non citatus, fed tumultuarie, ipfo jure nulla eft. 5 Per fententiam nullam delati judicis, extinguitur ejus jurisdictio, *ut hic, & l. ult. J. de fent. quæ fine certa quantit.* Quid ordinari? non extinguitur. vid. Wurmf. *l. præfi.* 22. *obf.* 3. 6 Ex brevi, ex periculo, *fupr. in epigraph. lingua tit.* De fcripti recitatione, *l.* 3. *J. h. t.* ex tabella, ex pila. 7 Idcoque quod judex correxerit, vel mutaverit, ipfo jure nullum fuerit. Seneca *in declam. & controv. Judex quum tabulæ de rea tabella fuæ recitaffet, non poteft. Quæftor non mutat pronuntiationem.* Apul. 1. Florid. *Tabella fumei lectâ, nec augere litteræ una nec minuit poteft.* Non idem eft in interlocutione, *l.* 14. *ff. de re jud.* 8 Sententiam per alium recitare judici non licet, nifi fit illuftris, *ut hic.* nifi unus ex pluribus judicibus recitet fententiam ex mandato & aliorum præfentia, *cap. num ab una. de fent. & re judic. in* 6. nifi fententia fit interlocutoria. Bald. *l. ult. J. h. t.* 9 Qui fine fcripto fententiam proferre poffunt. Caffiod. *de fentent. præf. prat.* verbo, *fententiam dicis.* 10 Aut præconem. 11 Sententia definitiva fcripturam requirit, *ut hic*, interlocutio non requirit, quia & definitivæ fententiæ certis cafibus non requiruntur. *Anth. præc. J. h. t. & fupr. de procurator. l.* 13. *§.* 3. *fupr. de judiciis. l.* 2. *ff. de aut. tut.* Goth. Hæc leg. canfata eft. *cap. 8. conf. 2. fmaf.* 1. Anf. 12 Vid. *l.* 2. *fupr. h. t.* ibi, *ex libello.* 13 Sententiam dici non fufficit, nifi fcripta prius legatur, *ut hic. Synopf. Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. cap.* 64. 1. Harmenop. 4. *§.* 21. 14 *l. ult. J. fententi. refcind. non poffe.* 15 *L.* 42. *D.* 1. Sententia quid eft? Decretum a judice interpofitum fervato judiciorum ordine, de fumma aut capite quodam litis, quod abfolutionem vel condemnationem certam adioris vel rei. 16 Interlocutio quid eft? præceptum judicis in principio vel medio litis interpofitum, quod ad finiendæ litis præparationem fpectat: nec enim finit aut permittit litem: dicitur & præjudicium, juffum, articulus. Iaufo. *l.* 7. *infr. h. t.* impropriæ fententia. 17 Sententia rationem non habens nulla eft. 18 Sententia nulla eft, fi litigante procuratore fententia in perfonam domini concipitur. Cur? Procurator five ab initio litem exercuit, five lite compofita, fententia damnandæ eft. 1. 31. *in fin. ff. de negot. l.* 20. *ff. judicat. falvi, l. inter.* 8. *in fin. ff. de in integr. reft.* 142. *l. præd.* 22. *c.* 7. *ff.* 23. *c.* 2. notat verum effe jure civili, non jure canonico ex gloff. & Abbate in *c. fuperftitiofa.* 6. *ext. de in integr. reft. & c. querelam.* 24. *ext. de elect.* Negat etiam id locum habere in tutore, curatore & fyndico: cum poffit fententia in pupillum, minorem, & Ecclefiam ferri, tametfi in judicio non fuerint, fed per nominatas perfonas litigaverint. Idem quoque eft, fi procurator lite conteftata, ad unum tantum actum fubftitutus fit. Bald. *hic*: ut & in fententia interlocutoria minus prædicitis. Item fi dominus præfens in judicio fit, fi illuftris perfona condemnanda fit, aut fi de cauſa matrimonii agetur. *d. l. ultim.* 20. poftremo in fervitute reali: fententiam enim prædio dici. *l. liberto.* 51. *in fin. ff. de negot. Soc. reg.* 316. Goth. Adde Anfr. Gail. *lib.* 1. *obf.* 111. n. 2. Anf. 19 Sententia condemnatoria adverfus procuratorem fervi, *ut hic.* An & abfolutoria? ferenda eft: ut notavi ad Accurf. *l.* 6. 9. *Marius. ff. mandati.* Adde Roman. *fingul.* 499. 20 Facit *l.* 3. *ff. de offic. prator. l.* 1. *fupr. de teft. man.* 21 Communis enim error exiftat. 22 Sententia abfolutionem vel condemnationem requirit: aliquin ipfo jure nulla eft. *l.* 7. *ff* 11. *infr. h. t.* 23 Sententia contra ordinem judiciorum lata nulla eft. *l.* 7. *J. h. t. l.* 12. *ff. de appell.* vid. Old. 11. *de fentent.* 24 Qui & τάξεις. *Synopf. Basil. 2. ex lib. 9. tit.* 1. *c.* 68. & 1. Harmenop. 4. *§.* 42. 25 Modus ita concipi folet: Si fententia lata eft fub modo, valet: & fervandus eft modus, fi non eft appellatum. 26 Rationem dubitandi colligo ex *l.* 2. *infr. de quo modo quantitatur.* 27 Id eft, publico loco. 28 Sententia dicta fecreto irrita eft. *Synopf. Basil. 8. tit.* 10. *ex lib. 9. tit.* 1. *c.* 70. 29 Dixi ad *l.* 5. *J. tit. prox.* puta inconfeto. vid. Oldend. *c.* 24. *de fentent.* 30 Judex pacifci fuadens, fententiam non fert, neque actionem tollit. Judicis fuafio inter propinquos, ut tranfigant, vim transactionis, aut fententiæ non habet. adde *l.* 1. *infr. communionem, epift. program. fub. ftript.* 31 Judicis vox omnis autoritatem judicati non continet. 32 *l.* 9. *infr. h. t.* certa decifione, certa qualitate, & plena cognitione. 33 *l.* 4. *ff. h. t. l.* 11. *infr. h. t.* 34 Vid. quæ notavi ad *l.* 46. *ff. de verb. fign.* & ita emptori evicta per fententiam. 35 Si ancilla in folutum mihi data eft, eaque libera pronunciata fit, agam actione primitiva: fi mihi vendita fuerit, utili ex empto. 36 Id eft, qui venditor, vel in folutum dedit. 37 *l. 7. fupr. h. t.* 38 Judex in re eadem fuam, vel antecefforis fententiam retractare non poteft, *ut hic, & l.* 3. *infr. fi a non competente.* 39 Non eadem eft cauſa poffeffionis & proprietatis. Ideoque qui fententiam tulit de poffeffione, non prohibetur poftea fententiam ferre de proprietate. *l.* 3. *infr. fi a non competente.* 40 Interlocutoria fententia ut faipius non debuit. Interlocutoria eft præceptum judicis in principio vel medio litis interpofitum, quod ad finiendæ litis præparationem fpectat: non etiam dirimit aut finit. Id & præjudicium dicitur & articulus, & improprie fententia & laufo. *l.* 7. *J. h. t.* vid. Cujac. *hic.* 41 Rede hoc additum eft, quia interlocutio plerumque rem perimit, veluti admiffa exceptione peremptoria. *l.* 37. *C. Theod. de appellat.* vel admiffo actore & oblignatis bonis, *l.* 2. *J. fi pendent. appell.*